

# THESES PHILOSOPHICÆ

Quas

*Cum consensu Amplissime Facultatis Philo-  
sophicae in Regia Academia Aboensi.*

PRÆSIDE

## HENRICO HASSEL

Eloquent. Profess. Reg. & Ordin.

Pro GRADU

*Publicæ bonorum censura modeste  
submittit*


JOHAN. DEGERMAN And: F.  
*Aboensis.*

Ad diem 1. Julii An.  
MDCCLXXXVIII.

*boris locoque solitis.*

ABOÆ, per. Joh. Kiæmppe, R. Ac. Typ.

*H. S. Halstrin.*



*Thesis I.*

**M**aximus est veræ Logi-  
cæ usus in omni sci-  
entia & ipsa vita hu-  
mana.

*Th. II.*

**D**efinitiones neque plures,  
neque pauciores contine-  
bunt notas, quam quæ defi-  
nito ab aliis distinguendo suf-  
ficiunt.

*Th. III.*

**P**ropositiones tum demum  
in praxi usum præstant, u-  
bi fuerint universaliter veræ,  
sive absolute sive conditionate.

*Th. IV.*

**U**bi certum & universaliter  
verum noveris principium,  
& casum obvnienssem illi re-  
cte subordinaveris, observabis  
ea, quæ ars docet syllogistica,  
etiamsi ejus regulas ignora-  
veris.

## Th. V.

**M**ethodus philosophica hoc  
vertitur cardine, quod  
principia principiatis, uni-  
versalia particularibus præ-  
mittantur, & veritates eo se  
excipiant ordine, quo in ante-  
cedente sequens habet funda-  
mentum.

## Th. VI.

**V**eritatibus ontologicis nis-  
tantur omnes scientiæ.

## Th. VII.

**O**mnis cognitio eorum, quæ  
reve-

4  
revera existunt, superstruitur experientia.

*Th. VIII.*

**E**x illis, quæ vel in mente nostra vel in mundo ad spectabili experiendo cognoscimus, Existentia Dei & attributa demonstrantur.

*Th. IX.*

**E**Ns compositum non potest esse a se.

*Th. X.*

**M**undus ad spectabilis, ut machina, est considerandus.

*Th. XI.*

**N**on datur casus purus in mundo.

*Th. XII.*

**V**Anæ sunt controversiæ de modo unionis inter animam & corpus.

*Th. III.*

*Tb. XIII.*

**P**ER viam similitudinis & compræsentia continuantur cogitationes.

*Tb. XIV.*

**F**ALSUM est omnes affectus oriri ex repræsentatione confusa boni & mali.

*Tb. XV.*

**N**ON expectandum est perfectum systema scientiæ physicæ.

*Tb. XVI.*

**V**IS inertia in corporibus est nulla.

*Tb. XVII.*

**F**RUSTRA quæritur causa gravitatis.

*Tb. XVIII.*

**C**ONTROVERNSIA de moralitate actionum interna resolvitur

tur in Logomachiam.

*Tb. XIX.*

**U**Niversale Juris Naturalis principium hoc est: *Salus generis humani suprema lex esto.*

*Tb. XX.*

**D**antur præmia & pœnæ naturales, & per consequens lex naturalis proprie sic dicta.

*Tb. XXI.*

**L**ex naturæ ad omnes casus particulares se extendit, adeoque est perfecta.

*Tb. XXII.*

**Q**uot in republica dantur instituta, tot sunt partes politicæ.

*Tb. XXIII.*

**Q**uæ hæcenus in publicum pro-

7  
dierunt systemata doctrinae po-  
liticae, admodum sunt imper-  
fecta.

*Tb. XXIV.*

**P**hilosophia vera & solida  
ut ceteris facultatibus, ceu  
dici solent, superioribus ba-  
sis est ac Fundamentum, ita  
in S. Theologia multiplicem  
praebet usum.



1810  
 The following is a list of the names of the  
 members of the Society of Friends who have  
 been admitted to membership since the  
 year 1800. The names are arranged in  
 alphabetical order. The names of those who  
 have been admitted since the year 1800  
 are marked with an asterisk (\*).

